



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Philippi Tomasini Sancti Georgij ab Alga
Venetiarum Canonici Secularis De Donariis ac Tabellis
Votivis Liber Singularis**

Tomasini, Giacomo Filippo

Vtini, 1639

XXXIV. Senectvtis Vota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13253

Sic ægrotante Nicanore Aristoteles , ut tradit in eius vita Laertius , ex voto pro eius incolumente testamento iussit statui Animalia lap dea cubitorum quattuor Ioui Seruatori , ac Minerua Seruatri in Stagiris . Huius generis videtur , quod Veronæ in vetericippo est apud Comitem Iustum . Ex quo patet votum ab alio factum pro eo exsoluisse amicum .

L. RENODIVS

Q. F.

P L A N T A

F L A M E N . V O V I T

M A N I S N A V I S . P O S V I T

Imo de publica salute Vota Dijs soluta constat ex veteri marmore , cuius apud Luc. Faunum memoria :

SECVLO. FELICI. ISIAS. SACERDOS. ISIDI
SALVTARI. CONSECRATIO

C A P V T XXXIV.

S E N E C T V T I S V O T A .

FAtali lege quicquid sub uniuerso Cœli ambitu est nihil durabile ostēdit prætersupremum Opificem , cuius nutu & arbitrio standum . Homo autem ut mentis consortio Deo proximus ceteris animantibus præstat , sic durum illud naturæ imperium fert grauissimè , dum ob repente sensim ætate eneruantur vires , ob fatiscentem calorem , qui nectare suo defectus semetipsum conficit , quemq; iure senium dixerat sapientes , & quidem , ut ex Nævio Nonius Marcellus , Sonticum , hoc est , uniuerso corpori perpetuò nocuum . Tagem eloquentiæ parens Tullius memorat puerili specie visum , sed prudentia senili . Mens tamen languente ad extremum corporis domicilio senio fluxa redditur , unde & in senibus fidem inuenit decantata veterum Poetarum fabula de Tithono , qui senecta ætate repuerascens in oīnis quievit . Senectus igitur

112-

naturalis quum nihil nisi squalor & tristitia, magni Aristotelis sententia verè mortibus est, qui ineuitabile mortalibus exitium accelerat. Nec alia de causa factum puto, quod senes Votorum adeò parci fuerint, ut fermè nulla vel certè rarissima eorum indicia, quām quòd inter spem metumq; hærentes dubij de oblectamentis vitæ puerorum modo in diem fuerint solliciti, puta quibus facto per exequias silicernio extrellum illud
V A L E æquis auribus hauriendum erat: unde nobis etiam stilus hic arctior indulgendus. Eos tamen grauioris morbi viam præsentientes Lunæ lectum, & Cubiculi tegumenta vouisce auctor est Isidorus Scholasticus Cap. 3. Epigr. 1.

Templa, quæ Senectuti tamquam præcipuo Numinis apud Gades dicata memorat Arrianus de Gestis Alexandri, suis forsitan etiam donis auxerunt.

C A P V T XXXV.

Vota Dijs Manibus oblata.

Nulla gens adeo fera vixit aut barbara, cui jucundissimo cæli aspectu natura non indidit obscurum saltem immortalitatis sensum. Ut enim piè Seneca Epist. 103.
Iuuabat de immortalitate animorum querere, imò credere.
 Proinde sublato è viuis homine superstites amici nihil solemnius habebant, quām Manes Votis persequi, ut defuncti Inferos sibi Deos pacatores inuenirent. Etsi enim, Nonio teste, Dei Manes boni & prosperi veteribus habitu, quòd melior inors sapientioribus, quām vita probetur; sintque, ut Apuleius de Socratis Dæmone censet, animæ melioris meriti, quæ in corpore nostro Genij dicuntur: quum tamen apud eos communis sententia receptum esset locum sub terris pœnarum reperiri, varijs nominibus saeva hæc Numina placare nitebantur. Quibus Mortam Lacedæmones, & Hispani; alijs Parcas, quod minimè parcentes, & Fata, Deasq; fatales addebant.
 Ita Nemausi:

P A R-